

Joachim Stockmann

**Rector Universitatis Rostochiensis, Joachimus Stockman, Philosoph. & Medicinae D. & Professor ordinarius, Ad funeris exequias ... puero octenni, Jacobo Varmeiero, hodie ... a patre moestissimo parandas, Cives Academiae omnes & singulos peramanter iuvitat**


Rostochi[i]: Pedanus, 1632

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777138018>


Druck Freier  Zugang



**Stockmann, J.,**  
**in J. Varmerier**  
**Rost. 1632.**







RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
JOACHIMUS STOCKMAN,  
Philosoph. & Medicinæ D. &  
Professor ordinarius,

Ad funeris exequias,  
*Optimæ Spei & indolis elegantissima  
puero obtenni,*

JACOBO  
VARMIEIRO,

*hodiè, hora primâ, in Templo Mariano,  
à patre mæstissimo parandas,*

Cives Academiæ omnes & sin-  
gulos peramanter iuvitat.



ROSTOCHI,  
Typ. JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.  
Anno M. DC. XXXII,

9



RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
JOACHIMUS STOCKMAN,  
Philos. & Med. D. & Professor  
ordinarius,



I verum est, quod  
Manili9 in divino pro-  
logo lib. 4. Astron. scri-  
bit, Nascentes mori-  
mur, finisq; ab origine  
pendet, ut certè verif-  
simum est: non diu est quod mori cæ-  
pit JACOBVS VARMEIERVS à cu-  
jus funere hoc officij mei initium du-  
co. Natus enim est Anno 1624. die  
28. Septembr. paulo ante 8. horam ma-  
tutinam, ita ut hunc moriendi actum  
annis octo, mense uno, absolveret & ex  
hac

hac morte, quam nos vitam vocamus,  
in veram vitam die 29. hujus mensis  
transierit. Tam exigui temporis  
spacium scitissimus, eximia indolis &  
spei puer ita collocavit, ut indicaret  
se ijs parentibus & majorib. ortum ef-  
se, quibus haud quaquã indignus esset.  
Patrem enim discedens reliquit Virum  
Consultis. Dn. THEODORUM VARME-  
JERUM J. U. D. Judicij Provincialis &  
Consistorij Advocatum & procurato-  
rem industrium, matrem omnium  
virtutum matronalium laude. cum vi-  
veret ornandam ELISABETAM PILIAM.  
Avum Paternum habuit Virum Am-  
plis. & Consultissimum Dn. JACOBUM  
VARMEIERUM J. U. Licent. & Reveren-  
dis. Osnabrugensium & Verdensium  
Episcopi Dn. PHILIPPI SIGISMUN-  
DI Ducis Brunsvicens. & Lunebur-  
gensis p. m. consiliarium & Gograviũ

A 2

quon-



quondam fidelissimum. Avia pater-  
na etiamnum superstes est CATHARI-  
NA STORKIA, ex vetustis Storckiorum  
& Rinteliorum in dioecesi Osnabru-  
genſi familijs profata matrona hono-  
ratissima. Maternus avus fuit JACO-  
BUS PIEL, Civis ac Centumvir hujus  
Reipub. ac templi Mariani bene meri-  
tus. Avia Materna itidem adhuc  
pietati & cultui divino dedita nobiscū  
vivit TILSA DOSSIA, Dn. NICOLAI DOS-  
SII Medicinæ Doctoris olim non infe-  
licis, soror charissima. Ex his majori-  
bus ortus per sacrum regenerationis  
lavacrum CHRISTO Servatori suo  
initiatus, in prima statim infantia pie-  
tatis bonæq; indolis præbuit indicia  
singularia: quæ deinceps DEO bene-  
dicente & parentum præceptorumq;  
assidua diligentia eum in modum au-  
ctâ sunt, ut omnibus qui eum loquen-  
tem

tem audierunt, admirationi esset. Non solum enim Bibliorum sacrorum, quæ summa cum voluptate fere integra, perlegit, studio delectabatur, verum etiam ex illis historias, ipsissimaque textus formalia exactè recitare poterat. Imò totum se rebus sacris devotebat, & DEO juvante, se pueri JESSU sacerdotem fore agebat. Catechismum cum explicatione D. LUTHERI ad amussim callebat, Grammatices præcepta non ignorabat, & ut breviter dicam, præclaræ indolis, ingenij vivi- di, tenacissimæ memoriæ, aliaq; optimæ frugis indicia in eo sese manifesta- runt, adeo ut parens ipsius, & ceteri qui ipsum viderunt, certissimam de e- jus ulteriori profectu spem conce- perint. Verum supremo humanarum rerum arbitro & moderatori longè aliter, & piè defunctum nostrum re-

bus humanis exemptum ad se in coelestia evocare gaudia placuit. Die enim hujus mensis 14. defunctus noster variolis correptus, quibus vires tenelli corporis, frustra renitentibus medicamentis, prostrata: adeo ut 29. die ejusdem intra 9. & 10. horam noctis, ipsi placidum & beatum vitæ finem inter patris mœstissimi, aviæ, aliorumq; adstantium preces & suspiria in vera Dei agnitione, attulerint. Morbi decursu patientissimus fuit & voluntati divinæ ejusq; complacito sese submisit, præcatiunculas elegantissimas & sacræ scripturæ dicta quam plurima, quibus instructus erat, sapissimè ingeminavit, Deoq; creatori suo animulam suam devotè commendavit. Nullum vero dubium est, quin gravissimo in mœrore versetur filioli, quem unicum superstitem habuit, & in quo omnis ejus cura,

ra amorq; stabat (nam & alterum nā-  
tu minorē ante dies quasi quatuorde-  
cim ex hac vita in alteram dimisit) pa-  
rens, amicus noster plurimū colendus:  
sed meminerit se & virum & literis  
profanis pariter sacrisq; eruditum, & in  
edito loco positum, qui & virili robo-  
re polleat, & erudita ratione utatur, &  
Spiritus instinctus munitusq;, nihil sua  
dignitate indignum velit, debeatue ad-  
mittere: Imo gratuletur sibi potius for-  
tunam istam adversariam, à qua instar  
athletæ invicti multos quidem incur-  
sus exspectet, sed multas palmas & co-  
ronas reportet. An enim ipse deterior  
esse velit. Philosopho provocante i-  
psum Jovem cui identidem dicebat,  
plue calamitates Jupiter, eiq; se ad o-  
mnia certamina promptum paratumq;  
offerret. Imo nihil opus est ista stōica  
duricie: Novit ipse pater evocatas esse  
cariiss-

carissimas animulas ex hoc corpore in  
regnum veræ libertatis ad sinceram a-  
mænitatem, quo qui pervenerunt æ-  
terna lætitia in Dei conspectu fruun-  
tur. Hanc vero felicitatem nec lacru-  
mis turbabit, nec alia perturbatione  
contaminabit, qui ejus aliquando com-  
pos fieri velit. Nostri officij erit, ut su-  
preum huic foscuro honorem exhi-  
beamus, & frequentia nostra funus or-  
nantes prosequamur, quod in acerbis-  
simo luctu cõstitutus parens filiolo fa-  
ciet hodie. Conveniamus ergo omnes  
Aaademix nostræ cives in templo Ma-  
riano hora prima pomeridiana & una  
opera parenti mœstissimo solatiũ hoc  
officio nostro adferamus, hanc provinciam, A-  
cademiam & civitatem precib. nostris Deo com-  
mendemus, & memoriam nostræ fragilitatis &  
mortalitatis ipsi piè exerceamus. P. P. Sub Si-  
gillo Rectoratus Academici die II. Novembr.  
ANNO M. DC. XXXII.














ra amorq; stabat (nam  
 tu minorē ante dies qu  
 cim ex hac vita in alter  
 rens, amicus noster plu  
 sed meminerit se & v  
 profanis pariter sacrifiq;  
 edito loco positum, qu  
 re polleat, & erudita r  
 Spiritus. instinctus mu  
 dignitate indignum vel  
 mittere: Imo gratuletur  
 tunam istam adversaria  
 athletæ invicti multos  
 sus exspectet, sed mult  
 ronas reportet. An eni  
 esse velit Philosopho  
 psum Jovem cui idem  
 plue calamitates Jupit  
 mnia certamina prom  
 offerret. Imo nihil op  
 duricie: Novit ipse pat



um na  
 tuorde  
 sit) pa  
 lendus:  
 literis  
 m, & in  
 li robo  
 tatur, &  
 nihil sua  
 tue ad  
 tius for  
 a instar  
 incur  
 s & co  
 eterior  
 ante i  
 dicebat,  
 se ad o  
 atumq;  
 a stōica  
 tas esse  
 cariis.